

המטהר ועל בהן ידו ועל בהן רגלו כאומר איני צריך להקיז דם  
מהאיברים הראשיים אשר אלה משפכות אליהם אבל כהפך  
שיזו דם על אותם המקומות עצמם ותבא רפואה בצרוע הזה.

*Propterea innuebat illud, quod ne quidem sufficeret, ut non emitterent  
sanguinem ex illis infundibulis membrorum capitalium, sed præterea san-  
guinem illis addant, idque (erroneè in edit. Venetâ legitur ווה)  
super cartilaginem auris purificandi, & super pollicem manus ejus, & su-  
per pollicem pedis ejus, quasi diceret, non mihi necessarium est effundere  
sanguinem membrorum principalium, quorum infundibula in hisce mem-  
bris auri sc. ac pollicibus reperiuntur: sed è contrario ut spar-  
gant sanguinem in illa ipsa loca, atque eveniat sanatio leproso huic. Quæ  
eadem ferè de oleo iisdem membris imposito sentit, quando  
ita pergit, וכן היתה הזאת השמן לרמוז שגם כן לא יצטרך  
להריק ליחות אשר באותם המשפכות נשפכות מהאברים  
הראשיים ההם לתרופת המצורע לפי שבררך פלא תהיה  
רפואתו על ידי תשובתו והוראת אשמו ולא בהרקה והקזה:*

*Et sic fuit adpersio olei, ad ostendendum, quod neutiquam etiam opus  
sit purgare humores, qui per ista infundibula diffunduntur ex membris  
illis principalibus, ad sanationem leprosi, quandoquidem modo mirabili  
fit sanatio ejus, propter resipiscentiam ejus & confessionem reatus sui, non  
autem purgatione & venæ sectione. Sanguinem autem non minùs  
quàm oleum membris lateris DEXTRI impositum credit,  
quoniam latus dextrum magis firmum est, quàm sinistrum. Effusionis verò reliqui olei in  
caput purificandi hanc rationem reddit, ושאר השמן צוה שיתן  
על ראשו כאומר שמן מראשך אל יחסר שהוא משל אל השכל  
והחכמה אשר תעו; לחכם. Et reliquum oleum præcepit ut det  
super caput ejus. Quemadmodum dicit Salomon Eccles. IX: 8.  
(ubi tamen pro מראשך legitur על ראשך) Oleum à ca-  
pite tuo non recedet. Proverbium de prudentiâ & sapientiâ  
quæ invaluit in sapiente. Denique hæc omnia modò memo-  
rata per sparsionem olei septem vicibus versus templum  
repetendam à summo Numine quasi expetita & efflagitata  
fuisse asserit, quando col. seq. d. ita infit, והנה צוה שיזה הכהן  
מן השמן לפני יהוה שבע פעמים ולא צוה שיזה שמה מן הדם  
לפי שהיתה הזאת השמן כנגד קרש הקרשים להתפלל אל  
השם שיתמיד בריאות האיש המטהר ההוא ויען היה השמן  
רומז*